



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romæ, 1619**

De duratione contemplationis. 8

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

debilitato amore seculi, conualefcatur aliquis ad amorem Dei, vt Greg. dicit super Ezechielem \* Et ideo post agnitionem suauitatis Dei vnus in nobis pes sanus remanet, atque alius claudicat. Omnis enim qui vno pede claudicat, solum illi pedi innititur, quem sanum habet.

hom. 14. inter me diu, et si.

ARTIC. VIII.

*Vtrum vita contemplatiua sit diurna?*

855

**A**D octauum sic proceditur. Videtur, quod vita contemplatiua non sit diurna. Vita enim contemplatiua essentialiter consistit in his quæ ad intellectum pertinent. Sed omnes intellectiua perfectiones huius vite euacuabuntur: secundum illud 1. ad Corinthios 13. Siue prophetia euacuabuntur, siue lingue cessabunt, siue scientia destruetur. Ergo vita contemplatiua euacuatur.

1. 9. 20. ar. 4. ad 3. Et 3. d. 35. 9. 1. a. 4. 9. 3.

**¶ 2.** Præterea, Dulcedinem contemplationis aliquis homo raptim & pertransendo degustat. Vnde August. dicit in 10. \* Confes. Intromittis me in affectum multum inuiscatum introrsus, ad nescio quam dulcedinem: sed recido in hæc ærumnosa ponderibus. Gregorius etiam dicit in 5. Moral. † exponens illud Job. 4. Cum spiritus me præsentem transiret: In suauitate, inquit, contemplationis intima, non diu mensuratur: quia ad semetipsam ipsa immensitate luminis reuerberata reuocatur. Ergo vita contemplatiua non est diurna.

lib. 10. c. 40 par. ante fin. som. 1. c. 23. circa med.

**¶ 3.** Præterea, Illud quod non est homini conueniale, non potest esse diurnum. Vita autem contemplatiua est melior secundum Deum, quam secundum hominem. vt Phil. dicit in 10. Ethic. \* Ergo videtur quod vita contemplatiua non sit diurna.

e. 7. ad fin. princip.

**¶ SED** contra est, quod Dominus dicit Lucæ 10. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea: quia vt Greg. dicit super Ezechielem †, Contemplatiua hic incipit, vt in caelesti patria perficiatur.

hom. 14. a med.

**¶ RESPONDEO** dicendum, quod aliquid potest esse diurnum dupliciter. Vno modo secundum suam



naturam. Alio modo, quo ad nos. Secundum se  
quidem manifestum est, quod vita contemplativa  
est dupliciter. Vno modo, eo quod versatur circa  
incorruptibilia & immobilia. Alio modo, quia non  
habet contrarietatem. Delectationi enim que est in  
considerando, nihil est contrarium: ut dicitur in 1.  
Topic. \* Sed quo ad nos etiam vita contemplativa  
diuturna est: tum quia competit nobis secundum  
actionem incorruptibilis partis animæ, scilicet secun-  
dum intellectum: unde potest post hanc vitam durare.  
Alio modo, quia in operibus contemplativæ compo-  
siter non laboramus. Unde magis in huiusmodi ope-  
ribus continuè persistere possumus: sicut Philosophus  
dicit in 10. Ethic. †

\* c. 13. in-  
ter prin-  
cipia med.

li. 10. c. 7  
parum à  
p. 10. 5.

hom. 14.  
post med.

Ad primum ergo dicendum, quod modus con-  
templandi non est idem hic & in patria. Sed vita con-  
templativa dicitur manere, ratione charitatis, in qua  
habet & principium & finem. Et hoc est quod Grego-  
rius dicit super Ezechiel. \* Contemplativa hic incipit, ut  
in caelesti patria perficiatur: quia amoris ignis, qui  
hic ardere inchoat, cum ipsum quem amat, videt, in  
amore ipsius amplius ignescit.

Ad secundum dicendum, quod nulla actio post  
diu durare in suo summo. Summum autem con-  
templationis est ut attingat ad uniformitatem divinæ  
templationis: ut dicit Dionysius. \* sicut supra patet  
est †. Unde etsi quantum ad hoc contemplatio durare  
non possit, tamen quantum ad alios contemplati-  
onis actus, potest diu durare.

\* Ex c. 3.  
cales. hic  
rar. pot  
haberi.

† a. 6 hu  
ius q. ad  
2.

\* lib. 10.  
ethic. c. 7  
to 5.

Ad tertium dicendum, quod Philosophus dicit  
vitam contemplativam esse supra hominem, quia  
competit nobis secundum hoc, quod aliquid divinum  
est in nobis, scilicet intellectus, qui est incorrupti-  
lis & impassibilis in se: & ideo actio eius potest esse  
diuturnior.

QVÆ.